Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



294

consensum est. Coeperunt uerba nostra excipi & aliqua ab inuicē
ad tabulas dicta sunt. Postea inordinatus p strepentium inter
pellationes. & ppterea nostrā quoq: turbulentiorem disputationē
noturii non ualentes sustinere. Cesserunt nobis sane non de
sistentibus. & utcuiq: facultas dabatur multa dicentibus. Ex quibus
omnibus uerbis nr̄is. quantum recordari potui. causa totius actionē
dilectionem uestrā fraudare nolui. Potestis enim ei litteras meas
legere. ut uel ad pb & me uera scripsisse. uel ipse uobis si quid
melius recolit incunctanter insinuet. Primo enim uitam nr̄am
quam uobis beniuolentius fortasse quam uerius narrantibus se
comperisse dicebat. praedicare dignatus est. Adiungens
dixisse se uobis. Nos omnia q̄: de nobis insinuaratis benefacere
potuisse. sim ecclesia faceremus. Deinde quaerere coepimus.
quae nam illa esset ecclesia ubi uiuere sic oporteret. Utrum illa
quae sicut scā tanto ante scripturae praedixerat. si terrarum
orbe diffunderet. an illa quam pars exigua uel afrorum. uel africae
contineret hic primo adserere conatus ubiq: terrarum ēē. cōmuni
onē suā. Quaerebam utrum epistolas communicatorias quas for
matas dicimus posset quo uellem dare. & adfirmabam qd manifestū
erat omnibus hoc modo facillime illam terminari posse questionem.
Parebam autē ut si consentiret. ad illas ecclesias a nobis tales litterae
mitterentur. quas in apostolicis auctoritatibus pariter legeremus
illo iam tempr̄ fuisse fundatas. Sed quia res a pte falsa erat p mixtis
uerbis cito inde discessum est. Interquae uerba. eu angelicam illam
dn̄i ammonitionem commemorauit. qua dixit. Cauete a pseudo
pphetis. Multi ad uos uenient in uestitu ouium. intus autem sunt
lupi. rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quae uerba
dn̄i cum diceremus eadem de illis a nobis posse recituri. uentum
inde est ad exaggerationē p secutionis quam saepe suam pastem
ptulisse dicebat. hinc uolens ostendere suos. ēē. xp̄i a nos.